



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XI De valde treme[n]do Chr[ist]i adue[n]tu ad iudiciu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER TERTIVS.

**P**lærumq; de culpis minimis ipse solus paucor  
egrediētis animas iustorū purgat, sicut de qdā  
sancto viro narratur, qui ad mortē veniēs ve  
hemēter timuit, sed post mortē discipulis in stola al  
ba apparuit, & q̄ sit p̄clare susceptus indicauit. Legi-  
m° em̄ q̄ idem beatus pater Gregorius ad purgatio-  
nē moriētis fratris, qui tres aureos absconditos illicite  
retinuerat, de quo iam supra dictū est, hoc cōsiliū de-  
disse illius monasterij p̄elato. Vade ait & nullus ex **Grego.**  
fratribus se ad eū morientē iungat, nec sermonē cō-  
solatiōis ex cuiuslibet eorū ore p̄cipiat, sed cū in mor-  
te cōstitutus, fratres q̄sierit ei suus frater carnalis di-  
cat, q̄ pro solidis quos occulte habuit, à cūctis fratri-  
bus abominatus sit, vt saltem in morte de culpa sua  
mentē illius amaritudo trāsuerberet, atq; à p̄ctō qd  
perpetrauit, purget. Idem vero monachus cum pue-  
nisset ad mortē atq; anxie q̄reret fratribus cōmenda-  
ri, nullusq; è fratribus ei applicare & loqui dignaret,  
ei carnalis frater, qui tūc aderat, ibi cur ab omib⁹ ab-  
ominatus esset indicauit. Qui protinus de reatu suo  
vehementer ingemuit, atq; in ipsa tristitia è corpore  
exiuit. Nullatenus enim hoc beatus Gregorius face-  
re iuberet, nisi ad purgationem morientis hoc p̄des-  
se cognouisset. Huc vſq; de igne purgatorio, abhinc  
de extremo iudicio insistendum est.

## De vgl de tremēdo Christi adiuētu ad iu- dicium. Caput XI.

**A**vidamus quō prophetis nuntiātibus (vt an-  
nuntiari hominibus fas fuit) p̄dicetur Ch̄ri  
aduentus. Ait ergo quidā ex eis, Deus mani-

ia frat  
iasit.  
us Ger  
orpo-  
ascha-  
s stan  
O qua  
putat  
edīm  
ucre-  
man⁹  
iam p̄  
Quia  
uerat,  
eden-  
e hoc  
n iam  
fuerit  
odesse  
is po-  
ndū ē  
i post  
ūt. In  
bonū  
s, agat  
exire,

z so  
.X.

## HAY. DE VARIET. LIB.

**Psal. 49.** feste veniet deus noster & non silebit. Ignis aī ipm  
ardebit, & in circuitu eius procella valida. Vocavit  
cælū sursum, & terrā discernere populū suū. Alius ve-  
ro qui & pœnarū species nobis indicat, hoc est Esai-

**Esa. 13.** as, audi quō dicat. Ecce dies dñi veniet insanabilis, di-  
es furoris & iræ, vt ponat orbē terræ desertū, & pec-  
catores perdat ex eo. Stellæ em̄ cæli & orion, & ois  
ornatus cæli lumē suū non dabit, & obscurabitur sol  
in ortu suo, & luna non dabit lumen suū, & manda-  
bo vniuerso orbi mala & imp̄js p̄ctā eorū, & perdā  
contumeliā iniquorū, & iniuriā superborū humilia-  
bo. Et erunt qui relictū fuerint pretiosi magis q̄ aur-  
ab igne, & hō pretiosior erit q̄ lapis saphirus. Cælū  
em̄ q̄tetur & terra mouebitur a fundamentis suis, p-  
pter furorē iræ dñi Sabbaoth, in die q̄ superuenerit

**Mal. 3.** furor eius. Sed & Malachias, ppheta cōsona his loq-  
tur, dicens: Ecce venit dñs om̄ipotens & quis sustine-  
bit diē aduentus eius? aut quis supportabit conspe-  
ctū eius? qm̄ ipse ingreditur ignē cōflatoriū, & sicut  
paleā ventilantiū sedebit cōflans & purgans sicut au-  
rū & sicut argentū. Et iterū dicit: Ecce dies dñi veni-  
**Mal. 4.** et ardens vt clibanus, & exuret eos, & erūt om̄es alie-  
nigenæ, & omnes qui faciūt iniquitatē, vt stipulam  
incendet eos dies illa, quę venit dicit dñs om̄ipotēs,  
& nō relinquetur radix neq̄ palmes. Alius vero vir  
desideriorū ita dicit: Et ecce videbūt & throni positi  
sunt & antiquus dierū sedebat, & indumentū ei⁹ cā-  
**Dan. 7.** didū sicut nix, & capilli capitū eius sicut lana mūda.  
Throni eius ignis exurens, Fluuius igneus currebat  
ante ipsum. Iudiciū constituit & libri aperti sunt. Et

## L I B E R T E R T I V S.

Paulo post. Et vidi (inquit) in visione noctis, & ecce  
in nubibus cæli sicut filius hominis veniebat, & de usq;  
ad vetustum dierum peruenit, & in conspectu eius oblatus  
est, & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum,  
& omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruient. Et po-  
testas eius potestas æternam quod non transibit, & regnum  
eius non corruptetur. Inhorruit spiritus meus. Ego Da-  
niel territus sum in his, & visiones capitis mei contur-  
bauerunt me. Cum ergo haec agi coepissent, panden-  
tur sine dubio cæli portæ immo potius ipsum cælum au-  
ferent in medio tanquam si tabernacula alicuius vel amicta  
colligantur, scilicet ut reperatur & transformetur in me-  
lius. Tunc ergo omnia metu habebit, timorque ac tre-  
mor implebit universa. Tunc etiam ipsos angelos for-  
mido quassabit & non soli angelos sed fortassis &  
archangelos, & thronos & dignationes & principatus,  
& potestates. Hoc enim indicat in eo quod dicit, &  
virtutes cælorum mouebuntur. Conserui enim sunt eorum  
qui iudicandi sunt, & virtutem huius posituri ratione. Si  
enim apud iudices seculi cum ciuitas una indicanda est,  
pauent, ceterae & contremiscunt, etiam si nihil pericu-  
li metuantur, quanto magis cum orbis terrarum universus  
ad iudicium veniet, & iudicandus a iudice, qui teste non  
egeat, qui argumenta non querat, qui oratore causam non  
postulat. Sed his omnibus procul amotis ipse & gesta  
& verba & cogitationes denudet atque in medium col-  
locet, & cuncta velut in talibus quibusdam depicta oculis  
eorumque commiserunt, ea atque omnium qui assistere  
videntur ostendat. Quomodo tunc commouebitur,  
& in metu erit universa creatura?